

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Castitas et continencia k
cum fonte primo

Vbi necessitas imponitur castitati,
auctoritas datur libidini;
itaque nec casta est que metu cogitur,
nec honesta que mercede conducitur.

Ambrosius de uirginitate.

O mysteria, o mores,
ubi necessitas inponitur castitati,
auctoritas libidini datur!
Itaque nec casta est quae metu cogitur,
nec honesta quae mercede conducitur,
nec pudor ille qui intemperantium
oculorum cotidiano expositus conuicio
flagitiosis aspectibus uerberatur.

Ambrosius Mediolanensis,
De uirginibus, 1.15 (F. Gori ed., p.120).